



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1514. usque ad annum 1520

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1769

VD18 90118464

§. 14. Pax Gallos inter & Anglos Pontifici minus probata

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66414](#)

Sæcul. XVI.
A.C. 1514.

§. XIV.

*Pax Gallos inter & Anglos Pontifici
minus probata.*

Belcarius
t. 14.

Pace Franciam inter & Angliam firma-
ta, integrum ac liberum Ludovico
erat, ut ditiones, quas adverso belli cur-
su in Italia amiserat, pro arbitrio suo re-
cuperaret. Id vero displicuit Pontifici,
qui quidem datis literis ipsum Henricum
Angliæ Regem, ut Gallis pacem conce-
deret, sollicitabat, ubi tamen negotio
ultimam pœne manum admoveri cerne-
bat, nullum non movit lapidem, ut cæ-
pta subverteret; quin imo ad repellenda
hostium arma cum Arragoniæ Rege unius
anni foedus iniit, cumque sibi soli belli
mollem impendere pertimesceret, pro mo-
re Nationis suæ cum utraque parte con-
cordiam stabilire conatus est, ac propte-
rea Galliarum Regi foederis pacta propo-
suit, non quidem eo animo, ut eidem
Mediolani expugnationem magis expe-
ditam redderet, sed ut Hispanis Neapo-
lis Regno pulsis, illud in Julianum de
Medicis fratrem suum transferret, cui
etiam Cæsar non modo pro Neapolis Re-
gno, sed etiam pro Beneficiario Regiensi
Ducatu investituræ diploma pollicebatur.
Ast Pontifex haud immerito Maximilia-
no utpote nonnisi propriis commodis in-
tentō,

tento, ejusque promissis exiguum fidem sæcul. XVI.
 adhibebat, hinc quæ sibi proponebantur, A. C. 1514.
 auribus quidem excepit, sed vicissim alia
 proposuit, nunquam tamen hac in re quid
 facturus esset, decidit; interea vero nec
 labori nec sumptibus pepercit, ut Helve-
 tios ad suas partes pertraheret, illos ve-
 hementer adhertatus, ut in suscepto Ma-
 ximilianum Sfortiam in Mediolanensis
 Ducatus possessione tuendi proposito fir-
 mi persisterent.

§. XV.

Sessio IX. Concilii Lateranensis.

Die quinta Maji celebrata est Synodi
 Lateranensis Sessio ordine nona, cui *Labbe Conc.*
 æque ac priori ipse summus Pontifex *L. 14. p. 203.*
208. præfuit, comitantibus eum cunctis Car- *Raynald. ad*
 dinalibus, ac Præfulum quam plurimis. *ann. 1514.*
 Sacro minus solemni de Spiritu Sancto *n. 3.*
 per Dyrrachinum Archiepiscopum per- *Ofor. l. 9.*
 acto, Antonius Puccius Cameræ Apo- *Marian. l. 30*
 stolicæ Clericus sermonem habuit; de-
 num recitatis litaniis, aliisque precibus
 consuetis Cardinalis Arragonius ex ca-
 pite 14. S. Joannis Evangelium decanta-
 vit, quod incipit: *Si diligitis me &c.* Eo
 finito Lusitanæ Regis Oratores dato pe-
 dum osculo summo Pontifici mandatum
 Regis sui offerebant, de facultate sibi tra-
 dita Synodo assistendi eundem certiorem

B 4 redden-